



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius
Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Nonum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

Notatio ad Caput Nonum.

A

§. Religiosos imo in Religiosis Christum.

Multi Re-
ligiosi sub-
B. Engel-
berto ad-
mittuntur
Coloniae.

QVAM molestiam S A N C T V S E N G E L B E R T V S ob-
quosdam mendicantes Religiosos, urbi Coloniensi ad-
scriptos, deuorauerit, cap. 7. adnotau. Sed præterij eorum-
dem priuileg orum participes Augustinianos & Carmeli-
tas, quorum Basiliicas auspicijs S. E N G E L B E R T I ædificatas B
Archiuæ docent. Tacti eisdem temporibus cœpisse Teuto-
nicos ad diuæ Catharinæ, monasteriaque Cisterciensium
B. M. V. in Sione vel speculo, & Pœnitentium, quas vulgo
albas Dominas appellant. Merito igitur Sancti nostri bene-
ficientiam in religiosos hoc capite extollit Cæsarius: illud ta-
men aduertendum, quòd Religiosis nimium tenacibus non
ligiosi prolixum suum animum ostenderit; sed illis potius, sibi suis-
multatio que beneficiandi occasionem præbuerit: Hinc Beatus Mar- C
tyr alioqui in omnibus vitæ partibus moderatus ac tempe-
rans, auari cuiusdam Religiosi ac tenacis monasterium fre-
quentabat. Nam, ut testis est Cæsarius lib. dial. 4. cap. 72. Mo-
nasterio cuidam Episcopatus Coloniensis, regulis & legibus S. Benedicti
obstricto, (nomen pro tempore omisi) Præpositus nimium tenax præ-
erat, qui neminem sponte suâ hospitio ex regula suâ susciperet, licet re-
bus omnibus abundaret. Episcopus (E N G E L B E R T V S) eiusdem mo-
nasterij Patronus sciens hominem pecuniosum, & inhospitalem, semel D
atque iterum quotannis equitum & Nobilium stipatus agmine, apud
ipsum diuersabatur, in quo à Præposito totidem impendebantur sum-
ptus, quot sufficerent peregrinorum toto anno aduentantium alimo-
niae. Ad reliqua verò monasteria, multo etiam ditiora non diuertebat,
(S. E N G E L B E R T V S) sed iis sua benignè largiebatur, ut impleretur
illud Saluatoris, omni habent; dabitur, & abundabit, ei autem qui non
habet, etiam quod non habet, auferetur ab eo.

§. Limi-

§. Limina eius in rupe Amatoris.

A Est ea rupes in Cadurcensi dioecesi à Tolosa' Parisios versus millari Gallico disiuncta; locus à peregrinantibus multis, etiam à S. Dominico frequentatus, ut refert *Maluenda msc. anno 1219. cap. 19.* Id loci miraculis celebrem sub B.M.V. Patrocinio Ecclesiam exstruxit. S. Amator, quem in Deiparæ ministerio fuisse baiulum Christi afferunt.

B §. Ut Ecclesiam S. Petri quæ mater est omnium Ecclesiarum prouinciæ Colonensis.

Structuram operis Metropolitanæ à B. E N G E L B E R T O meditati, Conradus de Hochsteden magnifice primum inchoauit. Vnde hi versus scripti leguntur,

*Anno milleno bis centeno quater decimo dabis octo,
Dum colit assumptam Clerus populus que Mariam,
Præful Conradus ex Hochsteden generosus.
Ampliat hoc templum, lapidem locat ipseq; primum
Anno milleno ter centeno vigenaque iungo
Tunc nouus ipse chorus cœpit iubilare canorus.*



C §. A diuersis Regibus illi missas.

Hoc nono vt & sexto capitulo suprà allato Cæsarius meminit donorum à diuersis Magnatibus in Sanctum nostrum collatorum: inter quæ in Metropolitanæ Ecclesiæ Coloniensis sacrario etiamnum plura conseruantur, nonnullaque, ut traditio habet & necrologia testantur, manibus S. Elisabethæ elaborata, Deoque T. O. M. oblata.

FINIS LIBRI PRIMI.



* Surius 7.
Aprilis in vi-
ta B. Her-
manni.

ENGELBERTE viden' gladijs * ut fixa laboret
Cynthia? fatalis sunt ea signa manus.
Ergo pugil, letus quod stringitur accipe ferrum
Mator ab accepto Gloria, crede, venit.